Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



130

Nunquid cognoscent in tenebris mirabilia ~~mirabilia~~ tua: in pctoribus obstinatis tenebris ignorancie et errore obtenebratis / certe non impediente hoc eorum malicia / pretermittentes enim deum sapie facta perdiderunt et iustitia tua non revelet p reprobos homines quia iniquitatis suarum merito oblti sunt deum

Et ego ad te domine clamavi qui potens es mortuos resuscitare mane oratio mea preveniet te quia matutina resurrectione me clarificabis

Ut quid domine repellis orationem meam avertis faciem tuam a me ut transeat talis iste

Ego p tui obedientia a tempore carnis assumpte pauper sum et in laboribus a iuventute mea exaltatus in truce humiliatus in sepulchro et obturbat in morte

In me transierunt afflictiones tue quas tua voluntate non mea culpa passus transierunt dico non pstiterunt et terrores indignationis tue contra humanum genus conturbaverunt infirmitatem carnis mee qm ex obedientia tua languores eorum ego tuli et laboresq eorum ego portavi

Circumdederunt me iudei iniquitatis gravium persecutionum circumdederunt me sit pharisei cum sacerdotibus pilatus cum militibus et ptis

Elongasti a me amicum cum apostolis et primum qui mihi aliquam facerent miras et notos meos a miseria mea ita ut nullus auxilium ferre mihi posset

Ps 88 In quo monet vt spem non in nobis sed in deo ponamus propheta

Misericordias domini in eternum cantabo eas sc quibus hominem pro mortuis visitare dignatus est p filium suum

Propha Misericordias domini cantabo de reparatione humani

at dolores

at humanum